Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vivificabis me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi: et de mandatis tuis non erravi. Hereditate acquisivi testimonia tua in aeternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem. Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. Adiutor meus et suscipiens me es tu: et in verbum tuum speravi. Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum: et vivam: et non confundas me ab expectatione mea. Adiuva me: et salvus erit. Exordium tuum: et meditabor semper. Sprevisti omnes discedentes a iustificationibus tuis: quia iniusta est cogitatio eorum. Prevaricantes reputavi omnes peccatores idcirco dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim timui. Feci iudicium et iustitiam non tradas me calumniantibus me. Suscipe servum tuum in bonum non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iustitiae tuae. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: et iustificationes tuas doce me. Servus tuus sum ego: da mihi intellectum ut sciam testimonia tua. Tempus faciendi domine: dissipaverunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

an. Alleluia alleluia alleluia. Ca. In diebus illis misit angelus

Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem christi. Ps. In eternum domine permanet verbum tuum. Vers. In saeculum saeculi veritas tua. Pr. Dominus regit me et nihil mihi deerit. In loco pascuae ibi me collocavit. In feriali aut officium an. Adiuva me et salvus erit domine. Ca. Alter alterius. Ps. Benedicam dominum in omni tempore. Vers. Semper laus eius in ore meo. Pr. Dominus regit me. Ut

Rerum deus tenax vigor

Ad Nona ymn